Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign Alternates

https://archive.org/details/demusaeiathenien00kern

381
M9YK

AD SCHOLAS

QUAE IN HAC UNIVERSITATE ROSTOCHIENSI

PER SEMESTRE AESTIVUM
INDE A. D. XV M. APRILIS USQUE AD DIEM
XV M. AUGUSTI A. MDCCCXCVIII HABEBUNTUR

INVITANT

RECTOR ET CONCILIUM

INEST

OTTONIS KERN

DE MUSAEI ATHENIENSIS FRAGMENTIS.

TYPIS ACADEMICIS ADLERIANIS.

831
M94k
3F12

Ante hos septem annos cum Aristotelis liber de Atheniensium civitate felicissimo casu repertus esset, cuius in limine Epimenidis Cretensis nomen affertur cum narranda sceleris Cylonii expiatione coniunctum, egregia commentatione academiae Borussicae actis minoribus a. 1891 inserta docuit Hermannus Dielesius tres fuisse Epimenides Buzygem, quem fabula refert a Minerva instructum sub arcis clivo primum boves aratro iunxisse, secundum Epimenidem illum qui Alcmaeonidis ex urbe expulsis Athenas lustrasse fertur, tertium denique vatem quendam qui teste Platone vixerit decem annis ante Persarum invasionem. Cui argumentationi viri summi oblocuti sunt Eduardus Meyer et Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff cum Epimenidem Alcmaeonidarum sceleris expiatorem meram esse figuram fabularem ab integro statuerent. Quam quaestionem a tot et tantis viris institutam retractare nolo; sed ad vatem non minus clarum neque dissimilem Epimenidis hac occasione ad scholas invitandi primum oblata vos mittere in mente habeo, commilitones humanissimi, MVSAEVM ATHENIENSEM dico, de quo iam in scholis pauca disserui cum egi de mysteriis Eleusiniis et Orphicis. Propenso enim animo hodie ad studia illa revertor quibus adulescens in Dielesii schola incubui. Cuius disputatiunculae summa in eo versatur, ut Musaei fragmenta Passovio Mullachio Kinkelio melius edam ac disponam. Sed priusquam ipsa frustula adeatis, commilitones, e re erit audire quid de Musaei carminum indole et aetate sentiam.

Musaeum poetam illum fabularem, Homero et Hesiodo antiquiorem, Orphei Thracis aequalem ex Attica originem traxisse fere omnes consentiunt et veteres et aevi nostri scriptores. Ex eo habet nomen collis notissimus Antiochi Philopappi monumento etiamnunc ornatus ubi Musaeum carmina cecinisse denique senectute oppressum mortem oppetivisse sepultumque esse refert Pausanias I 25, 8. Inter Minervae cives eum numerat ipsa Musa in Rhesi fabula v. 945. Accedit quod in Museo Britannico extat vas Atticum rubris figuris decoratum, in quo conspicitur Musaeus Apollinis lauro coronatus et a duabus Musis (Τερψιχόρα et Μελέλουσα) cinctus. Posteriore demum tempore Musaeo quoque nova patria datur: ut Orpheus ita etiam Musaeus ex Thracia oriundus fertur. At carmina quae septimo aut sexto saeculo venerabile Musaei nomen ementita sunt, nullo modo pertinent ad Thracum religionem et fabulas, sed fere omnia ad Atticorum spectant res sacras. Qua re egregie comprobatur fragmentorum fides. Vix extant Musaei frustula quae certo

p31844

indicio poetae saeculi septimi demere possis. Si enim in singula accuratius inquiremus, non in difficultates inextricabiles irrepemus, quibus obrui sibi videntur, qui in Orphicorum vastum campum delati sunt. Nam id praefracte negari potest aetate Christiana nova carmina condita esse quae Musaei nomen prae se ferrent. Carent enim, quantum ego quidem scio, Neoplatonicorum libri versibus ex Musaeo allatis, et quotcunque locis Musaei nomen a Neoplatonicis una cum Orpheo commemoratur, fragmenta ex aliquo Musaei carmine deprompta nulla invenies. Immo carmen cuius plurima ad nostram aetatem frustula devenerunt, — de theogonia loquor — ante aetatem Christianam iam pridem periisse videtur. Quae ei hodie adscribuntur, maximam partem ex Apollodori Atheniensis enchiridio περὶ θεῶν fluxerunt. Apud Pausaniam, qui plura Musaei carmina legit, ne unus quidem locus extat quem ad theogoniam spectare iustis causis probare possis. Nam sine ulla veritatis specie Pausaniae locum I 14, 3 ἔπη δὲ ᾄδεται Μουσαίου μέν, εἰ δὴ Μουσαίου καὶ ταῦτα, Τριπτόλεμον παῖδα Ὠκεανοῦ καὶ Γῆς εἶναι Kinkelius theogoniae attribuit, quem in Eumolpiam a Pausania lectam meo iure ablegavi. Videamus nunc de singulis.

Ex Musaei THEOGONIA a Diogene Laertio (fr. XI) unum servatur frustulum, quod serioris aevi fetum esse asseveravit Eduardus Zeller. Negat ille ante quintum saeculum apud Graecos valuisse placitum quo ex uno omnia oriunda reditura esse ad unum perhiberentur. Quem Laertii locum cur Kinkelius incertae sedis fragmentis adscripserit et cum Philodemi loco περὶ εὐσεβείας p. 80 Gomp. comparaverit, enucleare non possum. Zellerum autem ad Orphei Rhapsodias, quibus Musaeum usum esse pro certo habeo, mittere non licet, quia meas rationes quas ab Ed. Meyero Gomperzio Duemmlero probatas esse magna cum laetitia video, vehementer improbavit vir summus. At nihil obstat quominus Musaeum defendam ex Xenophane opem petens. Invenitur apud Sextum Empiricum et Stobaeum versus Xenophaneus ἐκ γαίης γὰρ πάντα καὶ εἰς γῆν πάντα τελευτᾷ, quem philosopho Eleatae nullo iure abiudicaverunt Heerenius Karstenus alii. Illud principium autem ad quod omnia redire Musaeus professus est Tartarum esse constat per Philodemum. Ex altera autem parte discimus ex Laertio, quomodo supplendus sit Philodemi locus, quem totum exhibere oportet, ut vos quoque, commilitones, facilius iudicium feratis: ἐμ μὲν [τισι]ν ἐκ Νυκτὸς καὶ [Ταρ]τάρου λέγεται [τὰ π]άντα, ἐν δέ τι[σιν ἐ]ξ Ἅιδου καὶ Αἰ[θέρ]ος· ὁ δὲ τὴν Τι[τανο]μαχίαν γρά[ψας ἐξ] Αἰθέρος φη[σίν], Ἀκουσί[λ]αος [δ' ἐκ] Χάους πρώτου [τἆλ]λα· ἐν δὲ τοῖς [ἀνα]φερομένοις εἰς [Μο]υσαῖον γέγραπται Τάρταρον πρῶτον [τὴν Ν]ύκτα καὶ — — — Ambigitur utrum cum Gomperzio [τὴν] Νύκτα an cum Zellero [καὶ] Νύκτα suppleamus. Laertii loco respecto nihil dubii relinquitur: a Gomperzii parte stare iubemur. Commendatur hoc supplementum etiam eis, quae antea de Tartaro et Nocte leguntur. Noctem autem a Musaeo in tam eximio loco positam esse non miraberis, si quas agat partes in Orphei Rhapsodiis dea in mentem revocaveris. Est sane πρωτίστη θεά apud Musaeum, qualem eam Chrysippus apud Philodemum significare videtur. At Tartarus etiam alteram progeniem habet, de qua nemo adhuc protulit sententiam. Patet sane via lubrica. Attamen iuvat conamen. Ante paucos menses philologis novi fontes aperti sunt: adeamus Bacchylidis carmina, e quibus etiam Musaeo nova affulsit lux. Praeclare enim demonstravit Wilamowitzius in epinicii VII (ed. Kenyon p. 65) exordio, quod e carminis contextu solum ad nos pervenit, Lunam invocari, Noctis et Chroni filiam. Musaeum autem se Lunae filium nuncupasse tot testimoniis probatum est, ut satis sit unum Platonis Reipubl. II p. 364 E afferre. Vides quam apta sit

haec genealogia poetae Μουσαίου Σεληνιακοῦ ut dicunt Graeculi nomen prae se ferenti. Accedit alterum. Chronus cum a theogoniis saeculi sexti non prorsus alienus sit, quippe qui in Pherecydis Syrii Pentemycho una cum Iove et Chthonia in mundi principio ponatur, inde ab ineunte saeculo quinto saepe introducitur a poetis lyricis nec non tragicis. Praeclara de Chrono nuper disseruit Dielesius, cum novum Pentemychi frustulum in papyro Aegyptio repertum in academiae Borussicae actis minoribus interpretatus est (1897 p. 152). Chronum igitur, quem Pindarus dicit πάντων πατέρα, si Musaei theogoniae inserimus, nimis audaces esse haud videbimur. Cum autem Musaeus omnia ex Tartaro orta in Tartarum redire profiteatur, cum theogonia eschatologia coniuncta esse videtur, quae a Musaei aetate poëseosque indole nequaquam abhorret. Nam poëtam de animarum in Tartaro domicilio fusius et ingeniose egisse luculento Platonis testimonio evincitur. Ex primo igitur theogoniae fragmento tantum abest ut eam posterioris aetatis fetum esse sumamus, ut contra septimi et sexti saeculi theogoniis eam adnumerandam esse confidenter contendamus. Cui sententiae exoptatum evaderet adminiculum Zagreus ille Gruppianus, si libri de Graecorum cultibus et mythis docte conflati auctor re vera demonstrasset dei illius a theogoniae Orphicae fabricatore hymno peculiari celebrati a Musaeo quoque mentionem esse factam. At res nulla causa probata est. Audi Gruppii argumenta (p. 629) ut ipse iudices: *Das dritte Buch dieses Werkes* (i. e. theogoniae) *enthielt die Geschichte der Titanen (Titanographie). Allerdings kann die Zugehörigkeit dieses Buches zu dem kosmologischen Hauptwerk des ‚Musaios' nur aus einer schwerlich ganz correct überlieferten Notiz eines Scholiasten gefolgert werden; aber einmal versteht es sich von selbst, dass in einer Kosmologie die Geschichte der Titanen nicht fehlen konnte, sodann aber citiert derselbe Scholiast, und zwar aus derselben Quelle, wie sich aus der gleichzeitigen Erwähnung des nämlichen Pherekydes ergiebt, das dritte Buch* τῶν εἰς Μουσαῖον ἀναφερομένων *— eine allgemeine Angabe, die eben nur das Hauptwerk des Musaios bezeichnen kann. An der Zusammengehörigkeit der beiden Notizen kann übrigens um so weniger ein Zweifel sein, da sie sich wahrscheinlich sogar auf zwei dicht bei einander stehende Stellen im Werk des ‚Musaios' beziehn; beide Fragmente beschäftigen sich nämlich mit dem delphischen Heiligtum. Daraus aber ergiebt sich eine wichtige Folgerung hinsichtlich des Inhaltes der Titanographie. In dem ausdrücklich auf sie zurückgeführten Fragment ist von der Reise des Kadmos nach Delphoi die Rede, und wenn sich das zweite Fragment eben darauf bezieht, so muss dieselbe sogar ausführlich beschrieben gewesen sein. Es ist auch gar nicht abzusehen, was eine gelegentliche Anführung dieser Reise in einer Titanomachie bezweckt haben könnte. Dagegen erklärt sich die ausführliche Darstellung derselben leicht unter der doppelten Voraussetzung, dass in dem Gedicht erstens die Zerreissung des Dionysos-Zagreus durch die Titanen beschrieben, und zweitens dieser Dionysos (resp. der als Enkel wiedergeborene Zagreus) zum Sohn der Semele, zum Enkel des Kadmos gemacht war. Da eben in Delphoi die Glieder des von den Titanen zerrissenen Dionysos im Dreifuss geruht hatten, so ergaben sich mannichfache Beziehungen für die Fahrt des Ahnherrn nach der Apollostadt. Dies Resultat, dass das Gedicht den Zagreusmythus darstellt, wird insofern sich später bestätigen, als sich zeigen wird, dass jener Mythos in diesem Litteraturkreise eben das bedeutete, was Diogenes als den Grundgedanken unsres Gedichtes bezeichnete:* ἐξ ἑνὸς τὰ πάντα γίγνεσθαι καὶ ἐς ταὐτὸν ἀναλύεσθαι. Quamquam Passovius Robertus alii summo iure sententiam tulerunt Titanomachiam ab Apollonii scholiasta commemoratam theogoniae partem esse, tamen Gruppio ab eorum parte stanti multa opponenda sunt. Nam parum caute egit, cum etiam alterum ab eodem scholiasta

traditum fragmentum Musaei ad Cadmi iter Delphicum traxit. Nullo enim modo demonstrari potest librum quem scholiasta tertium dicit Titanomachiae esse; eodem iure theogoniae tertium intellegere potes. Accedit quod nulla iuniperi Delphis sati mentio fit. Immo si illud de iunipero fragmentum in titanomachiae tertium librum cum Gruppio vocare vis, aptiorem locum tibi indicaturus sum quam illam de Cadmi itinere Delphico narrationem. Ut serpentem pellem auratam custodientem sopiat Medea iunipero utitur in Apollonii Argonauticis. Notum est Iasonis fabulam multas habere similitudines cum Cadmea Potest igitur Minerva Cadmi adiutrix in Musaei Titanomachia iuniperum adhibuisse, ut serpentem fontis Thebani custodem sopiret. Paulo etiam audaciora sunt, quae Gruppius de fragmento dicit quod de Cadmi itinere Delphico agit. Nam hoc ei ansam praebuit ut de Zagreo in Titanomachia actum esse coniceret. Quam rem ut nobis probet, unam tantum profert causam quam nullam esse contendo. Nam quaecunque de Zagreo et Baccho Semeles filio Gruppius ariolatus est, talia sunt, qualia certis argumentis neque probari neque refelli possunt. Nullus enim extat locus, quo de Zagreo apud Musaeum dictum esse probetur. Ad theogoniae igitur aetatem accurate definiendam nihil valet illud de Cadmi itinere testimonium, quo eundem Gruppium, qui Philodemi locum gravissimum spernit, maxime niti videmus. Cur autem fabula in Titanomachia a Musaeo enarrata esse, postquam Zoëga explicuit, denuo demonstravit O. Crusius cum in Roscheri enchiridio mythologico II p. 846 de Typhoei fabula cum Cadmea coniuncta ageret. Quam rem si accuratius intellegere vis, Nonni priores libri adeundi sunt, ubi invenies Cadmi fabulam arctissime cum Typhoei contra Iovem pugna connexam. Quod Gruppius silentio praeteriit.

Restat ut de theogoniae fr. VIII dicam, quod omnes neglexerunt, qui adhuc de Argo Panopta scripserunt. Nullus enim dubito quin hoc Philodemi loco de Argo agatur Ius Argivae custode. Quae enim Musaei loco antecedunt, spectant ad Aegimii versum, quem ad nostram aetatem tulit scholiasta in Euripidis Phoenissas v. 1116 τέτρασιν ὀφθαλμοῖσιν ὁρώμενον ἔνθα καὶ ἔνθα. De Ius fabula ab Aegimii auctore narrata praeclare egit nuper Ernestus Maassius in indice scholarum univ. Gryphiswaldensis hibern. 1890/91 (De Aeschyli Supplicibus) p. XXI; novis enim testimoniis allatis luculente demonstravit ex Aegimii auctoritate Io in Euboea ab Argo custoditam esse. Eodem Ius fabulam relegavit Musaeus. Nam Aethiopes quattuor, qui ex Argo orti sunt, intellegendi sunt Euboici, quos detexit idem vir doctus p. XXII, et pro Meropibus, quos Gomperzius in Philodemi locum dubitanter intulit, nomen Ἑλλ]όπων restituere conamur; nam nec Coi, de quibus multa incredibilia protulerunt Paton et Hicks, neque Aegyptii huc pertinent.

Apud Pausaniam nullum Musaei theogoniae vestigium apparere supra monuimus. At novit Pausanias Musaei EVMOLPIAM, quam praeter eum solus citare videtur Apollodorus apud Philodemum. Nam ambiguum est num in Suidae lexico s. Μουσαῖος Ἐλευσίνιος eiusdem carminis mentio lateat. De Eumolpiae indole iudicium ferre plane difficile est. Quamquam duo versus a Pausania allati, qui in codicibus leguntur corruptissimi, ad Delphicum oraculum spectant, tamen carminis summam in rebus Eleusiniis contineri et titulus qui carmini inscriptus est et alterum fragmentum quod apud Pausaniam invenitur demonstrant. Non recte enim Passovius Kinkelius alii locum, qui de Triptolemi parentibus agit, theogoniae attribuerunt, quia probari nequit carmen quod Musaeus de mundi et deorum generatione condidit

Pausaniae fuisse notum. Triptolemi genealogia nova et inaudita profertur, quem Musaeus vendit pro Oceani et Terrae filio. Unus Pherecydes (Lerius, non Syrius) hanc comprobasse videtur (Apollodori biblioth. I 5, 32). At prope ad eam accedunt ii qui Eleusina heroa eponymum Ogygi i. e. Oceani filium esse narraverunt (Pausan. I 38, 7). Nam Eleusis Triptolemi pater perhibetur iamiam apud Panyassidem (Apollodor. l. l.). Aliam fabulam Atticam ad Eumolpiam referre conamur. De Minervae partu cum Musaeum quoque dixisse constet, quaeritur solum, quo in carmine egerit. Hesiodi memores omnes hanc fabulam theogoniae adscribunt. At res prorsus incerta est. Immo ex Philodemi loco qui apud Kinkelium desideratur Musaeum non in theogonia, sed in Eumolpia de Minerva ex Iovis capite orta dixisse concludimus. Agit Vulcani partes apud Musaeum Palamaon, ut discimus ex scholio in Pindari Ol. VII 66, quod ex Apollodori enchiridio περὶ θεῶν fluxisse praeclare demonstravit R. Muenzelius in quaestionibus mythographis a. 1883 in Hermanni Useneri honorem editis p. 19 collato Philodemi loco περὶ εὐσεβείας p. 31 ed. Gomperzianae. In quo loco supplendo quamquam desudaverunt Buechelerus Gomperzius Sauppius, tamen rem expeditam esse haud affirmaverim neque ipse ei certam possum afferre medelam. Sed unum cum Muenzelio video. Agitur non de Eumolpo poeta, quemadmodum fere omnibus adhuc visum est, sed Eumolpiae testimonium affertur ita ut suppleam κατὰ δὲ τὸν (τὴν) Εὐμολπίαν συνθέντα i. e. Musaeum quem Pindari scholion perhibet. Cum Palamaone autem nunc conferri potest Polypemon Bacchylideus (XVIII 27), de quo Robertus in Hermae volumine XXXIII p. 149 primus recte iudicasse videtur: nam audi Pindarum Nem. IV 58 de Peleo et Acasto: τᾷ Δαιδάλου δὲ μαχαίρᾳ φύτευε οἱ θάνατον ἐκ λόχου Πελίαο παῖς. Tertium denique Pausaniae locum Eumolpiae addico, locum conclamatissimum de pictura quae conspiciebatur in pinacotheeae Atheniensis pariete: ἔτι δὲ τῶν γραφῶν παρέντι τὸν παῖδα τὸν τὰς ὑδρίας φέροντα, καὶ τὸν παλαιστὴν ὃν Τιμαίνετος ἔγραψεν, ἔστι Μουσαῖος. ἐγὼ δὲ ἔπη μὲν ἐπελεξάμην ἐν οἷς ἐστι πέτεσθαι Μουσαῖον ὑπὸ Βορέου δῶρον, δοκεῖν δέ μοι, πεποίηκεν αὐτὰ Ὀνομάκριτος, καὶ ἔστιν οὐδὲν Μουσαίου βεβαίως ὅτι μὴ μόνον ἐς Δήμητρα ὕμνος Λυκομίδαις (Pausan. I 22, 7). Lunae filium alis praeditum esse non est cur mireris, cf. [Homeri] hymn. XXXII 1; sed Apollinis discipuli mentionem inicere magis erit e re. At extiterunt qui Pausaniae locum sanum esse negarent: delevit Herwerdenus ὑπὸ ante Βορέου, quod etiam novissimi Pausaniae editores pro suspecto habent. Flagitamus sane merum genetivum a verbo δῶρον dependentem, quem habes si Ὑπερβορέων legis. Quae coniectura quamquam non audaciae speciem praebere videtur in tanta Pausaniae manuscriptorum depravatione, tamen verba tangere nolo. Res per se clara: accepit Musaeus alas in iis terris unde Apollo etiam rediit alatus. Finxit haud dubie poeta se ex terra transrhipaea venisse, ubi habitant Hyperborei Apollinis verissimi vates et prophetae, quam Sophocles dixit Φοίβου παλαιὸν κῆπον. In prooemio scilicet talia professus erat Musaei carminis auctor, qui ab Abaridis et Aristeae aetate non remotus esse videtur (cf. Dielesii Parmenidem p. 15).

De ceteris Musaei carminibus pauca monenda sunt. Multi traduntur tituli, frustula pauca. Sed laudantur χρησμοί, καθαρμοί, ὕμνοι similia. Libri iisdem titulis inscripti Orphei nomine circumferebantur. Multa sane a falsariorum manibus illata esse possunt. At in Musaei fragmentis quae saepenumero perscrutatus sum nullum video quod abiudicem saeculo sexto. Quantum autem Onomacrito debeatur in Musaei personati reliquiis nescimus. Oracula ab eo confecta Musaeo adscripta fuisse

ex Herodoti testimonio constat. At quid curamus Onamacritum? Quid alios scriptores, quibus nonnulla Musaei carmina attribuuntur? Quid Clementem Alexandrinum, qui Eugammonem Cyrenaeum Thesprotidis auctorem ex Musaei quodam libro pleraque sumpsisse contendit? Quisquis est qui vetusto clarissimi vatis nomine usus illa carmina condidit, vixit sane saeculo sexto aut paulo ante et composuit Τελετάς priusquam edita est theogonia Epimenidea in qua (fr. V De Orphei Epimenidis Pherecydis theogoniis p. 74) Musaei persona loquens inducitur:

καὶ γὰρ ἐγὼ γένος εἰμὶ Σελήνης ἠυκόμοιο
ἣ δεινὸν φρίξασ' ἀπεσσείσατο θῆρα λέοντα
ἐν Νεμέῃ, ἀνάγουσ' αὐτὸν διὰ πότνιαν Ἥρην.

Musaei fragmenta.

Scripsit de Musaeo Herodorus, cuius aetas incerta, ὁ τὴν Ὀρφέως καὶ Μουσαίου συγγράψας ἱστορίαν Olympiodor. hist. Byzantina Photii biblioth. cod. 80 p. 61. Fragmenta collegerunt Passovius Musaeos Leipzig 1810; Mullachius Fragmenta philos. graecor. I 1860 p. 160; Kinkelius Epicorum graecor. fragmenta I 1877 p. 218—230; solum theogoniae Vincenzo Curti La teogonia di Museo Terranova Sicilia 1893.

ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

I.

— — — ἐμ μέν [τισι]ν ἐκ Νυκτὸς καὶ [Ταρ]τάρου λέγεται [τὰ π]άντα, ἐν δέ τι[σιν ἐ]ξ Ἅιδου καὶ Αἰ[θέρ]ος· ὁ δὲ τὴν Τι[τανο]μαχίαν γρά[ψας ἐξ] Αἰθέρος φη[σίν], Ἀκουσί[λ]αος [δ' ἐκ] Χάους πρώτου [τἆλ]λα· ἐν δὲ τοῖς [ἀνα]φερομένοις εἰς [Μο]υσαῖον γέγραπται Τάρταρον πρῶτον [τὴν Ν]ύκτα καὶ Χρόνον? — — — (Philodem. περὶ εὐσεβείας p. 61, 137 Gomperz.)

[καὶ Ν]ύκτα Zellerus hist. graec. philos. I⁵ 79, 2; Χρόνον ego, cf. p. 5.

Cf. Philodem. l. l. p. 81, 14, 18 ex Chrysippi libro primo περὶ φύσεως: [Χρύσιππος] κἀν τῷ πρ[ώ]τ[ῳ] τὴν Νύκτα θεάν φησιν [εἶναι] πρωτίστην cum antecedentibus, ubi p. 80, 13, 17 τά τ[ε] εἰς Ὀρφέα [καὶ Μ]ουσαῖον ἀναφε[ρόμ]ε[ν]α commemorantur.

II.

ἐν δὲ τοῖς εἰς Μουσαῖον ἀναφερομένοις δύο ἱστοροῦνται γενέσεις Μουσῶν. πρεσβυτέρων μὲν μετὰ Κρόνου, νεωτέρων δὲ τῶν ἐκ Διὸς καὶ Μνημοσύνης (Schol. Apollon. Rhod. III 1 p. 449 K.).

III.

Μουσαῖος γάρ φησι Δία γεννώμενον ἐγχειρισθῆναι ὑπὸ Ῥέας Θέμιδι, Θέμιν δὲ Ἀμαλθείᾳ δοῦναι τὸ βρέφος, τὴν δὲ ἔχουσαν αἶγα ὑποθεῖναι, τὴν δ' ἐκθρέψαι Δία· τὴν δὲ αἶγα εἶναι Ἡλίου θυγατέρα φοβερὰν οὕτως, ὥστε τοὺς κατὰ Κρόνον θεοὺς βδελυττομένους τὴν μορφὴν τῆς αἰγὸς ἀξιῶσαι (τὴν) Γῆν κρύψαι αὐτὴν ἔν τινι τῶν κατὰ Κρήτην ἄντρων· καὶ ἀποκρυψαμένην ἐπιμέλειαν αὐτῆς τῇ Ἀμαλθείᾳ ἐγχειρίσαι, τὴν δὲ τῷ ἐκείνης γάλακτι τὸν Δία ἐκθρέψαι· ἐλθόντος δὲ τοῦ παιδὸς εἰς ἡλικίαν καὶ μέλλοντος Τιτᾶσι πολεμεῖν, οὐκ ἔχοντος δὲ ὅπλα, θεσπισθῆναι αὐτῷ τῆς αἰγὸς τῇ δορᾷ ὅπλῳ χρήσασθαι διά τε τὸ ἄτρωτον αὐτῆς καὶ φοβερὸν καὶ διὰ τὸ εἰς μέσην τὴν ῥάχιν Γοργόνος πρόσωπον ἔχειν. ποιήσαντος δὲ ταῦτα τοῦ Διὸς καὶ τῇ τέχνῃ φανέντος διπλασίονος, τὰ ὀστᾶ δὲ τῆς αἰγὸς καλύψαντος ἄλλῃ δορᾷ καὶ ἔμψυχον αὐτὴν καὶ ἀθάνατον κατασκευάσαντος. αὐτὴν μέν φασιν ⟨ἄστρον οὐράνιον κατασκεύασαι⟩*** Eratosthen. catasterism. XIII p. 101. 102 ed. Robert; p. 17 ed. Olivieri).

καί φασιν, ὅτι ⟨μετὰ θάνατον⟩ λαβὼν αὐτῆς τὸ δέρμα κατὰ συνείλησιν περιέθετο καὶ αὐτὴν κατηστέρισε, διὸ αἰγίοχος κικλήσκεται ἀνθρώποισιν (Schol. Arat. v. 156; cf. Robertum eodem loco). Eadem ex Musaeo afferunt Schol. German. Basil. Paris. p. 73, 8 et Hyginus astronom. II 13, qui tamen uno loco iniuria nonnullorum testimonio nititur, ubi ex aliorum auctoritate Musaei narratio continuatur.

τὴν μορφὴν τῆς παιδός codd. τῆς αἰγός Koppiersius, Robertus; τὴν ante γῆν add. Rob.; Γίγασι codd. Τιτᾶσι Rob.; τέχνῃ codd. σκέπῃ Rob.; ἄστρον οὐράνιον κατασκευάσαι secl. Rob. et excidisse putat fere haec: ἐν τοῖς ἄστροις τεθῆναι, Δία δὲ αἰγίοχον κληθῆναι. | μετὰ θάνατον secl. Rob.; Musaei frustulum latere primus vidit Robertus, qui etiam recte huc adlegavit Lactant. Instit. Div. I 21: huius capellae corio usum esse pro scuto Iovem contra Titanas dimicantem Musaeus auctor est, unde a poetis αἰγίοχος nominatur.

IV.

ἐν δὲ τῇ γ′ τῆς Μουσαίου Τιτανομαχίας λέγεται ὡς Κάδμος ἐκ τοῦ Δελφικοῦ ἐπορεύετο προκαθηγουμένης αὐτῷ τῆς βοός (Schol. Apollon. Rhod. III 1179 p. 477 K.)

Τιτανομαχίας Passovius; Τιτανογραφίας cod.

V.

ἡ δὲ ἄρκευθος δένδρον τι ἀκανθῶδες Ἀπόλλωνος ἴδιον, ὡς ἱστορεῖται ἐν τρίτῳ τῶν εἰς Μουσαῖον ἀναφερομένων (Schol. Apollon. Rhod. IV 156 p. 491 K.).

VI.

Μουσαῖος ἱστορεῖ Δία ἐρασθέντα Ἀστερίας μιγῆναι καὶ μιγέντα δοῦναι αὐτὴν τῷ Περσεῖ (Schol. Apollon. Rhod. III 1035 p. 474 K.).

VII.

Μουσαῖος ε′ (τὰς Ὑάδας εἶπεν εἶναι) (Schol. Arat. v. 172). ἐκ τούτου δὴ τοῦ Ἄτλαντός φασιν οἱ μῦθοι καὶ τὰς Ὑάδας γενέσθαι καὶ υἱὸν Ὕαντα, ὃν ἐν Λιβύῃ θηρῶντα ἐπειδὴ ὄφις ἀνεῖλεν, αἱ ἀδελφαὶ τῷ θρήνῳ νικηθεῖσαι ἀπώλοντο. Ζεὺς δὲ ἀστέρας αὐτὰς πεποίηκε τὰς καλουμένας Ὑάδας (Schol. Arat. v. 254). Musaeus ita refert: Aethra ex Oceano procreavit filias duodecim. ex quibus quinque stellis figuratas Hyadas, septem autem Pliadas. his unus fuit frater Hyas, quem omnes sorores dilexere. quem in venatu alii ab leone, alii ab apro interfectum dicunt. quae flentes eum obierunt, Hyadas nuncupatas, alias Pliadas (Schol. Germ. B. P. p. 75, 10). Hyades autem adpellatae sunt, ut ait Musaeus, quod ex Atlante et Aethra Oceani filia sint filiae XV procreatae, quarum V Hyadas adpellatas demonstrat, quod earum Hyas fuerit frater a sororibus plurimum dilectus. qui cum venans a leone esset interfectus, quinque, de quibus supra diximus, lamentationibus adsiduis permotae dicuntur interisse. quare eas, quod plurimum de eius morte laborarent, Hyades adpellatas. reliquas autem decem sorores deliberasse de sororum morte et earum septem mortem sibi conscisse: quare quod plures idem senserint, Pliadas dictas (Hyginus astronom. II 21). Cf. Roberti Eratosthenem XIV p. 110.

VIII.

Ἄργος —] ἐστὶ τέτταρας ἔχων ὀφθαλμούς· Μουσαῖος δὲ τὸν [αὐτ]όν φησι τέτταρας Αἰθί[οπ]ας καὶ βασιλεῖς [Ἑλλ]όπων ἐκ Κελαι[νο]ῦς γεν(ν)ῆσαι τῆς [Ἄτ]λαντος. λέγε[ι? — — (Philodem. περὶ εὐσεβείας p. 47, 97 Gomperz.).

αὐτὸν suppl. Gomperzius. [Μερ]όπων Gomperzius, Ἑλλ]όπων ego, cf. p. 6. F. Hiller de Gaertringen mavult Αἰθι]όπων versum restituens: τέσσερας Αἰθίοπάς τε καὶ Αἰθιόπων βασιλῆας.

IX.

περὶ τῶν διατρεχόντων ἀστέρων καὶ ῥαδίως ἀφανιζομένων τὸν λόγον ποιεῖται. οἳ τῇ τῆς ὀξύτητος φορᾷ παραπλήσιόν τι ἔχουσιν ὑποβούλημα. ὁλκὸν δὲ λέγει τὸ διὰ τὴν ὀξύτητα παρασυρόμενον αὐτῷ φέγγος. τὰς δὲ τοιαύτας φαντασίας ὁ Μουσαῖος ἀναφερομένας φησὶν ἐκ τοῦ Ὠκεανοῦ κατὰ τὸν αἰθέρα ἀποσβέννυσθαι. τοὺς δὲ ὑπὸ Μουσαίου ἀστέρας εἰρημένους Ἀπολλώνιος πιθανῶς μαρμαρυγὰς εἴρηκε (Schol. Apollon. Rhod. III 1377 p. 482 K.).

X.

Μελίτη· δῆμός ἐστι τῆς Κεκροπίδος. κεκλῆσθαι δέ φησι τὸν δῆμον Φιλόχορος ἐν γ´ ἀπὸ Μελίτης θυγατρὸς κατὰ μὲν Ἡσίοδον Μύρμηκος, κατὰ δὲ Μουσαῖον Δίου τοῦ Ἀπόλλωνος (Harpocratio s. Μελίτη).

XI.

καὶ τὸν μὲν (Μουσαῖον) Εὐμόλπου παῖδά φασι, ποιῆσαι δὲ θεογονίαν καὶ σφαῖραν πρῶτον· φάναι τε ἐξ ἑνὸς τὰ πάντα γενέσθαι καὶ εἰς ταὐτὸν ἀναλύεσθαι Diogen. Laert. I prooem. 3.

ΕΥΜΟΛΠΙΑ.

XII.

ἔτι δὲ τῶν γραφῶν παρέντι τὸν παῖδα τὸν τὰς ὑδρίας φέροντα, καὶ τὸν παλαιστὴν ὃν Τιμαίνετος ἔγραψεν, ἐστὶ Μουσαῖος. ἐγὼ δὲ ἔπη μὲν ἐπελεξάμην ἐν οἷς ἐστι πέτεσθαι Μουσαῖον ὑπὸ Βορέου δῶρον. δοκεῖν δέ μοι, πεποίηκεν αὐτὰ Ὀνομάκριτος, καὶ ἔστιν οὐδὲν Μουσαίου βεβαίως ὅτι μὴ μόνον ἐς Δήμητρα ὕμνος Λυκομίδαις (Pausan. I 22, 7).

ἐπὶ δὲ τῶν codd.; ἔτι δὲ τῶν God. Hermannus Opusc. V 227, quod iure in textum receperunt Bluemner-Hitzig; τῶν δὲ γραφῶν Schubart: ἔστι δὲ τῶν γραφῶν altero ἐστὶ ante Μουσαῖος deleto Kayserus; Δήμητρα cod. Angelicanus; Δημήτερα cett. codd.; ὑπὸ Βορέου codd.; Ὑπερβορέων ego; ὑπὸ ante Βορέου delet Herwerdenus.

XIII.

ἔστι δὲ ἐν Ἕλλησι ποίησις, ὄνομα μὲν τοῖς ἔπεσίν ἐστιν Εὐμολπία. Μουσαίῳ δὲ τῷ Ἀντιοφήμου προσποιοῦσι τὰ ἔπη· πεποιημένον οὖν ἐστιν ἐν τούτοις Ποσειδῶνος ἐν κοινῷ καὶ Γῆς εἶναι τὸ μαντεῖον. καὶ τὴν μὲν χρᾶν αὐτήν, Ποσειδῶνι δὲ ὑπηρέτην ἐς τὰ μαντεύματα εἶναι Πύρκωνα καὶ οὕτως ἔχει τὰ ἔπη·

αὐτίκα δὲ Χθονίης φωνὴ πινυτὸν φάτο μῦθον.
σὺν δέ τε Πύρκων ἀμφίπολος κλυτοῦ Ἐννοσιγαίου (Pausan. X 5, 6).

χθονίη σφῶν δὴ codd.; Χθονίης φωνὴ Lobeckius Paralipomena 318, 16: φατε codd.

UNIVERSITY OF
ILLINOIS LIBRARY

XIV.

ἔπη δὲ ᾄδεται Μουσαίου μέν, εἰ δὴ Μουσαίου καὶ ταῦτα, Τριπτόλεμον παῖδα Ὠκεανοῦ καὶ Γῆς εἶναι (Pausan. I 14, 3). Ex Musaeo hanc genealogiam sumpsit Pherecydes [Apollodor.] bibliothec. I 32 p. 14, 14 Wagn. Φερεκύδης δέ φησιν αὐτὸν (sc. Τριπτόλεμον) Ὠκεανοῦ καὶ Γῆς.

XV.

ἐν τοῖς Μουσαίου Παλαμάων λέγεται πλῆξαι τοῦ Διὸς τὴν κεφαλήν, ὅτε τὴν Ἀθηνᾶν ἐγέννα (Schol. Pind. Ol. VII 66). Cf. Philodemi περὶ εὐσεβείας p. 31, 59, 5 Gomperz. κατὰ [δὲ τ]ὸν (τὴν) Εὐμολπ[ίαν συν]θέντα .... απο ...... ιν ὑπὸ Παλαμά[ο]νος.

κατὰ [δὲ τ]ὸν Εὔμολ[πον διαιρε]θέντα [Δί]α πο[ιοῦσ]ιν ὑπὸ Παλαμά[ονος Sauppius; κατὰ [δὲ τ]ὸν Εὔμολ[πον ἢ τὸν συν]θέντα [τὰ Εὐμόλ]πο[υ ἔπη] ὑπὸ Παλαμά[ονος Nauckius; [ἢ τὸν συν]θέντα [τ]ὴν πο[ίησ]ιν Gomperzius; πο[ιητ]ὴν ante ὑπὸ Παλαμάονος supplet Buechelerus. Cf. R. Muenzelii quaest. mythograph. p. 21.

ΤΕΛΕΤΑΙ.

Plato Rep. II 364 E βίβλων δὲ ὅμαδον παρέχονται Μουσαίου καὶ Ὀρφέως, Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἐγγόνων, ὥς φασι, καθ' ἃς θυηπολοῦσι, πείθοντες οὐ μόνον ἰδιώτας ἀλλὰ καὶ πόλεις, ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς ἡδονῶν εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασιν, ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσιν, αἳ τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀπολύουσιν ἡμᾶς, μὴ θύσαντας δὲ δεινὰ περιμένει. Platonis locum respicit Philochorus ap. Schol. Aristophan. Ranae 1033 τὸν Μουσαῖον παῖδα Σελήνης καὶ Εὐμόλπου Φιλόχορός φησιν· οὗτος δὲ παραλύσεις (an παρα delendum?) καὶ τελετὰς καὶ καθαρμοὺς συνέθηκεν. ὁ δὲ Σοφοκλῆς χρησμολόγον αὐτόν φησι.

XVI.

Μουσαῖος δὲ τούτων νεανικώτερα τἀγαθὰ καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ (Εὔμολπος) παρὰ θεῶν διδόασι τοῖς δικαίοις· εἰς Ἅιδου γὰρ ἀγαγόντες τῷ λόγῳ καὶ κατακλίναντες καὶ συμπόσιον τῶν ὁσίων κατασκευάσαντες ἐστεφανωμένους ποιοῦσι τὸν ἅπαντα χρόνον ἤδη διάγειν μεθύοντας, ἡγησάμενοι κάλλιστον ἀρετῆς μισθὸν μέθην αἰώνιον· οἱ δ' ἔτι τούτων μακροτέρους ἀποτείνουσι μισθοὺς παρὰ θεῶν· παῖδας γὰρ παίδων φασὶ καὶ γένος κατόπισθεν λείπεσθαι τοῦ ὁσίου καὶ εὐόρκου. ταῦτα δὴ καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἐγκωμιάζουσι δικαιοσύνην· τοὺς δὲ ἀνοσίους αὖ καὶ ἀδίκους εἰς πηλόν τινα κατορύττουσιν ἐν Ἅιδου καὶ κοσκίνῳ ὕδωρ ἀναγκάζουσι φέρειν, ἔτι δὲ ζῶντας εἰς κακὰς δόξας ἄγοντες, ἅπερ Γλαύκων περὶ τῶν δικαίων δοξαζομένων δὲ ἀδίκων διῆλθε τιμωρήματα, ταῦτα περὶ τῶν ἀδίκων λέγουσιν, ἄλλα δὲ οὐκ ἔχουσιν. Plato Republ. II p. 363 C. D. E. Cf. Maassii librum de Orpheo p. 110.

ΧΡΗΣΜΟΙ.

Herodot. VII 6 de Pisistratidis: ἔχοντες Ὀνομάκριτον ἄνδρα Ἀθηναῖον, χρησμολόγον τε καὶ διαθέτην χρησμῶν τῶν Μουσαίου, ἀναβεβήκεσαν (ἐς Σοῦσα), τὴν ἔχθρην προκαταλυσάμενοι. ἐξηλάσθη γὰρ ὑπὸ Ἱππάρχου τοῦ Πεισιστράτου ὁ Ὀνομάκριτος ἐξ Ἀθηνέων, ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλοὺς ὑπὸ Λάσου τοῦ Ἑρμιονέος ἐμποιέων ἐς τὰ Μουσαίου χρησμόν, ὡς αἱ ἐπὶ Λήμνῳ ἐπικείμεναι νῆσοι ἀφανιζοίατο κατὰ τῆς θαλάσσης. διὸ ἐξήλασέ μιν ὁ Ἵππαρχος, πρότερον χρεώμενος τὰ μάλιστα (cf. Clement. Alexandr. Strom. I 144 p. 397 Pott. καὶ τοὺς μὲν ἀναφερομένους εἰς Μουσαῖον χρησμοὺς Ὀνομακρίτου εἶναι λέγουσι). Oracula Musaei noverunt etiam Plato Protagoras p. 316 D, Aristophan. Ran. 1032 (Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετάς θ' ἡμῖν κατέδειξε φόνων τ' ἀπέχεσθαι· Μουσαῖος δ' ἐξακέσεις τε νόσων καὶ χρησμούς); χρησμολόγον et Sophocles eum dixit Schol. Aristoph. Ran. 1033. Cf. Philostr. Heroicum c. 19 p. 301.

XVII.

τῶν δὲ ναυηγίων πολλὰ ὑπολαβὼν ἄνεμος ζέφυρος ἔφερε τῆς Ἀττικῆς ἐπὶ τὴν ἠιόνα τὴν καλεομένην Κωλιάδα· ὥστε ἀποπλησθῆναι τὸν χρησμὸν τὸν περὶ τῆς ναυμαχίης ταύτης εἰρημένον Βάκιδι καὶ Μουσαίῳ (Herodot. VIII 96 post pugnae Salaminiae narrationem).

XVIII.

τὴν δὲ πληγὴν Ἀθηναῖοι τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς οὐ μετὰ τοῦ δικαίου συμβῆναί σφισιν ὁμολογοῦσι· προδοθῆναι γὰρ ἐπὶ χρήμασιν ὑπὸ τῶν στρατηγησάντων, Τυδέα δὲ εἶναι καὶ Ἀδείμαντον οἳ τὰ δῶρα ἐδέξαντο παρὰ Λυσάνδρου. καὶ ἐς ἀπόδειξιν τοῦ λόγου Σιβύλλης παρέχονται τῶν χρησμῶν· — — — τὰ δὲ ἕτερα ἐκ Μουσαίου χρησμῶν μνημονεύουσι·

καὶ γὰρ Ἀθηναίοισιν ἐπέρχεται ἄγριος ὄμβρος
ἡγεμόνων κακότητι· παραιφασίη δέ τις ἔσται
ἥττης,* ἠμύσουσι πόλιν, τίσουσι δὲ ποινήν. (Pausan. X 9, 11)

versus tertius misere corruptus: codd. ηττaλοις aut ηγαλις. ἥττης Bergkius coll. Syrian. σχολ. εἰς στάσεις τοῦ Ἑρμογένους Walz Rhet. graec. IV 569 μετὰ τὰ ἐν Χαιρωνείᾳ χρωμένοις περὶ τῆς ἥττης ἔχρησεν ὁ θεὸς ἡγεμόνων κακότητι γεγενῆσθαι τὴν ἧτταν, ἀντιπροβάλλονται ἀλλήλοις οἱ στρατηγοὶ καὶ οἱ ῥήτορες. Ἑλλάδος ἠμύσουσι πόλεις Mullachius.

ΚΑΘΑΡΜΟΙ.

Commemorantur a Platone Repbl. II 364 E et in schol. ad Aristoph. Ran. v. 1033; idem carmen esse videtur quod λύσεις (παραλύσεις) apud Platonem et Aristophanis scholiastam adpellatur. Eodem spectant vel ad simile carmen ἐξακέσεις νόσων ab Aristophane Musaeo adscriptae.

XIX.

καὶ ὥς δή φασι τὸ τριπόλιον καθ᾿ Ἡσίοδον καὶ Μουσαῖον εἰς πᾶν πρᾶγμα σπουδαῖον χρήσιμον εἶναι δι᾿ ὃ καὶ ὀρύττουσιν αὐτὸ νύκτωρ σκηνὴν πηξάμενοι Theophrastus Hist. plantar. IX 19 p. 344 W. = Plinius hist. nat. XXI 44.

ΥΜΝΟΙ.

In Cererem.

Pausan. I 22, 7 ἔστιν οὐδὲν Μουσαίου βεβαίως ὅτι μὴ μόνον ἐς Δήμητρα ὕμνος Λυκομίδαις.

XX.

Πρῶτοι δ᾿ οὖν βασιλεύουσιν ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ (Μεσσήνῃ) Πολυκάων τε ὁ Λέλεγος καὶ Μεσσήνη γυνὴ τοῦ Πολυκάονος. παρὰ ταύτην τὴν Μεσσήνην τὰ ὄργια κομίζων τῶν Μεγάλων θεῶν Καύκων ἦλθεν ἐξ Ἐλευσῖνος ὁ Κελαίνου τοῦ Φλυοῦ. Φλυὸν δέ αὐτὸν Ἀθηναῖοι λέγουσι παῖδα εἶναι Γῆς· ὁμολογεῖ δέ σφισι καὶ ὕμνος Μουσαίου Λυκομίδαις ποιηθεὶς ἐς Δήμητρα (Pausan. IV 1, 5).

In Bacchum.

τοὺς μὲν οὖν τελέους ὕμνους τε καὶ λόγους περὶ Διονύσου Ὀρφεῖ καὶ Μουσαίῳ παρῶμεν καὶ τοῖς ἀρχαίοις τῶν νομοθετῶν. (Aristid. or. de Baccho I p. 47 Dind.)

ΣΦΑΙΡΑ.

Diogen. Laert. I prooem. 3 (Μουσαῖον) ποιῆσαι δὲ θεογονίαν καὶ σφαῖραν πρῶτον; cf. fr. XI.

ΚΡΑΤΗΡ.

Servius ad Virgil. Aen. VI 667 Theologus fuit iste (Musaeus) post Orpheum et sunt variae de hoc opiniones: nam eum alii Lini (Lunae?) filium, alii Orphei volunt, cuius eum constat fuisse discipulum; nam ad ipsum primum carmen scripsit, quod appellatur Crater. Cf. Archiv für Geschichte der Philosophie II (1889) p. 388.

ΘΕΣΠΡΩΤΙΣ.

Clemens Alexandrin. Strom. VI p. 751 Pott. αὐτοτελῶς γὰρ τὰ ἑτέρων ὑφελόμενοι ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν, καθάπερ Εὐγάμμων ὁ Κυρηναῖος ἐκ Μουσαίου τὸ περὶ Θεσπρωτῶν βιβλίον.

Incerta.

XXI.

ὁ δ' ἀετὸς ᾠὰ μὲν τίκτει τρία, ἐκλέπει δὲ τούτων τὰ δύο, ὥσπερ ἐστὶ καὶ ἐν τοῖς Μουσαίου λεγομένοις ἔπεσιν·

ὃς τρία μὲν τίκτει, δύο ἐκλέπει, ἓν δ' ἀλεγίζει.

Aristotel. anim. histor. Z 6 p. 563 a 17; eundem versum affert Plutarchus in vitae Marii c. 36, qui pro ἀλεγίζει exhibet ἀλυβάζει.

XXII.

φησί γοῦν καὶ Μουσαῖος εἶναι ‚βροτοῖς ἥδιστον ἀείδειν' Aristotel. Repbl. Θ 5 p. 1339 b 21.

XXIII.

Ἡσίοδός τε ἐπὶ τοῦ Μελάμποδος ποιεῖ·

ἡδὺ δὲ καὶ τὸ πυθέσθαι, ὅσα θνητοῖσιν ἔδειμαν
ἀθάνατοι, δειλῶν τε καὶ ἐσθλῶν τέκμαρ ἐναργές,

καὶ τὰ ἑξῆς παρὰ Μουσαίου λαβὼν τοῦ ποιητοῦ κατὰ λέξιν Clemens Alexandrin. Strom. VI p. 751 Potter.

XXIV. XXV.

γράψαντός τε Μουσαίου·

ὡς αἰεὶ τέχνη μέγ' ἀμείνων ἰσχύος ἐστίν

Ὅμηρος λέγει· μήτι τοι δρυτόμος περιγίγνεται ἠὲ βίηφι (Il. Ψ 315), πάλιν τοῦ Μουσαίου ποιήσαντος·

ὡς δ' αὔτως καὶ φύλλα φύει ζείδωρος ἄρουρα
ἄλλα μὲν ἐν μελίῃσιν ἀποφθίνει, ἄλλα δὲ φύει·
ὣς δὲ καὶ ἀνθρώπων γενεὴ καὶ φῦλον ἑλίσσει

Ὅμηρος μεταγράφει· sequuntur Iliadis versus Z 147. 148. Clemens Alexandrin. Strom. VI p. 738 Potter.

φύλλον cod. φῦλον ‚aptius forte' Sylburg, γενεὴν καὶ φῦλον ἑλίσσει Heynius, κατὰ κύκλον R. Peppmüller Neue Jahrb. für klass. Philol. 1886 p. 468.